

172.

Cod. CCLXXIV. n. 1.2.

Aust: ut refert Krauricus p: 202.

Cod. CCLXXIV.

Chartae: 4. fol: 15.

I. Fol: 1^o - 08^o.

Alberti M. tractatus de abundantia exemplorum.

Alberti M. tractatus de abundantia exemplorum. Incipit prologus: "quoniam plus exemplorum quam verba movent". Prima autem partibus capitulum primum: "species timoris dicuntur esse septem". Totum septem absolvitur partibus. In fine additur: "Et sic est finis hujus tractatuli quem compilavit Albertus magnus Ratisponensis episcopus ipsam appellavit de habundantia exemplorum". Sed a nemine, quantum scio, praesens tractatus Alberti operibus accensetur.

2. Fol: 09^o - 116^o.

Jacobi de Voragine Legendae aureae abbreviatae.

Legenda Jacobi de Voragine aurea abbreviata. Absque omni inscriptione incipit: "Adventus Christi agitur per 4^{or} ebdomadas". Praesens scriptum nil aliud esse, quam toties decantatum Jacobi de Voragine legendam auream seu Hist. Lomb. collatio me docuit. Loquitur de ea Quetif. T. I. p: 456. Verum hucusque abbreviator anonymus eruditus latet.

Cod. CCLXXIV. n. 3-7.

173.

3. Fol. 117-126.

Joann. Gersonii tractatus de parouli ad
Christum trahendis. Incipit: "Venite parvuli
ad me et ego vos venire ad me etc. Supremus legislator
noster et doctor Altus". Celsat in edit. Du
pinii. T. III. col. 277. Trithemius cap. 755.
cum vocat ad Rectores puerorum.

4. Fol. 126-129.

Ejusdem tractatus de statibus ecclesiasticis. Rubrica est: Incipit tractatus M. Johannis Gerson de curatis et privilegiatis et cetera. Initium: "Luce quam omnes conservare convenit". In prefat. edit. habetur Tom. II. col. 529.

5. Fol. 129-138.

Ejusdem dialogus de perfectione cordis. Incipit: "Theologus loquitur ad animam et animam". In prefat. edit. T. III. col. 436. De eodem etiam fuit sermo in loc. XLIX n. 20.

6. Fol. 138-148.

Ejusdem tractatus de non eru carnium latorum. Rubrica est: "Epistola praemissa initium est: 'Cregio viro johanni de Connant qui olim in seculo miles.' Opus ipsum incipit: 'Grandis et mira est johannis abstinencia.' In edit. praedicta extat T. II. col. 715."

7. Fol. 149-156.

Joannis de Palomar tractatus de abstinentia a carnibus ad Joannem Abbatem Scoto, quem Vienna. Rubrica praecedit: "Epistola viri prefatio in tractatum editum per venerabilem virum M. Joannem de palomar archidiaconi".

174.

Cod. CCLXXIV. n. 8. 9.

"acorum Brachinonensem decretorum doctorem
 "de esu et abstinencia carnum monachorum".
 "Epistola ad Joann: Abbatem directa initium
 "est." Amantissimo patri domino Johanni Ab,
 "bati monasterii Marie ord. S. Bened. Wgen,
 "ne scotorum vulgenter nuncupati Johannes
 "de palomar" etc. Cum primum vestre paterni,
 "statis accepi notitiam". Tractatus vero inci-
 "pit: "Surgent in iudicio filii Rechab". Illig
 "meminerit Nic: Antonius in Bib: vet: Hiop:
 "T. II. p. 147. Trithem: cap: 747. aliique sequi
 "scel.

8. Fol: 156-158.

Excerpta ex libro
 "libeto Alexan-
 "dri N. de licentia
 "monach: come-
 "dendi carnes.

Alexandri N. Scriptum de licentia mona-
 "chorum comedendi carnes. Ex excerptum ex
 "prolitioni huius Alexandri libro, Quodlibe-
 "tum vocato, uti patet ex rubrica premissa,
 "qua est: "Sequens questio excerpta est Ex quo-
 "libeto alexandri cuiusdam doctoris sacre
 "theologie ordinis S. Augustinienis qui
 "liber habetur Wgen in conventu ejusdem
 "ordinis in libraria in primo pulpitu quo per
 "gradum ascenditur ad librariam minorem".
 "Quis fuerit hic Alexander ex Ossingero conji-
 "cere non licuit. Questio hac continetur de,
 "medictinos, et incipit: "Utrum monachus
 "existens fortis, et validus de licentia sui
 "abbatis possit comedere carnes."

9. Fol: 158-162.

Joan: Gersonii
 "tract: de medi-
 "tat: cordis.

Joannis Gersonii tractatus de meditatione
 "cordis; ita rubrica. Incipit: "Meditatio cor-
 "dis mei in conspectu tuo semper. felice
 "certe qui". Habetur in editione Dupinii
 "T. III. col: 449.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 274

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 175.

Cod. CCLXXIV. n. 10-12.

175.

10. 162-169.

Ejusdem tract.
de simplicitate
cordis.

Ejusdem tractatus de simplicitate cordis. Incipit: "In simplicitate cordis querite illum. Hanc sapientis exhortationem. In edit: cit: T. III. col. 457.

11. 169-180.

Ejusdem tract.
de directione
cordis

Ejusdem tractatus de directione cordis. Incipit: "Confitebor tibi in directione cordis. Bollicetur hic Lralmista". In edit: T. III col. 468. Habetur quoque in Codice XLIX n. 36.

12. Fol. 181-199.

Guillel. Sagine
lamentatio
de coelibatuum
sacerdotum.

Guillelmi Sagine lamentatio ob coelibatum sacerdotum, seu dialogus Nicenae constitutionis, et naturae humanae de ea re conque-
rentis: Titulum in codice nostro praefert hunc:
"Lamentatio humane naturae adversus Nicenam
constitutionem interdicentem conjugatis sacer-
dotiam allegorice descripta per militem unum
conjugatum aequaliter literatum sui et alio-
rum conjugatorum nomine querere vix adhe-
rentem". Tum sequitur: "Littera clausa execu-
ratoria actoris super eo quod materiam aggre-
ditur pape directa". Epistola ad Martinum
V. directa incipit: "Beatissime pater post pe-
ridum V. S. oscula beatorum"; in fine additur
nomen loci et authoris, nempe: "Scriptum
in castro supra fontem admirandae vallis Cluse
prope vestram ammonj. ammonensem, seu
avinionensem? / civitatem curieque romane
nidum fertilissimum jocundum et amenum.
humilimus ecclesiae et V. S. devotus et fidelis
Guillelmus Sagine miles Sey. li. Dedicady".
Hanc excipiunt litterae ad Imperatorem / Si-
gismundum / Cardinales, Archiepiscopos, Conci-
lii / Constantiensis / Praesidem &c. sequitur de-
num ipsa lamentatio seu dialogus: In fine

176.

Cod. CCLXXIV. n. 13. 14.

addidit librarius: "Explicit Scriptum Parilee tem-
 pore concilii generalis per fratrem quemdam
 Ord. S. Bened. profesum monasterii Mellicen-
 sis in austria anno domini 1437. in proferto
 Sancti anthonii confessoris completum". Eius-
 dem authoris, et operis meminit Oudenus
 Tom. III. col. 2325.

Guillelmus Saginei, gallice Saignet, miles
 vixit a^o 1420. Hujus tractatus opposuit

13. fol. 199-216

Joan: Gersonii
 tract. de celiba-
 tu Ecclesiasti-
 cotum.

Joannes Gerson dialogum Sophia, et natura,
 seu tractatum de Celibatu Ecclesiasticorum.
 Rubricam in codice nostro habet: "Sequitur Trac-
 tatus magistri Johannis Gerson de celibatu
 ecclesiasticorum cujus locutores sunt na-
 tura et Sophia". Prefatio incipit: "Dialo-
 gus apollogeticus"; opus ipsum: "Sunt evan-
 geli: Ne murmuraveris". In calce legitur:
 "Scriptum Parilee tempore concilii generalis
 anno domini 1437. completum hora die mens-
 is Januarii per quemdam profesum Monast-
 melicen: Ord. S. Bened. nataviensis dioce-
 Citat inter opp: Gersonii edit. Dupinii Tom. III.
 col. 617.

14. fol. 217-234.

Ejusdem Centi-
 logium de con-
 ceptibus.

Ejusdem Centilogium de Conceptibus. Inci-
 pit: "Conceptum de virgine magnificantes".
 In fine additur: "Explicit Centilogium de con-
 ceptibus M. Johannis Gersonis Cancellarii pari-
 siensis factum in civitate lugduni anno do-
 mini 1424." Habetur etiam in Cod. XLIX.
 n: 42. et in edit. pref. J. IV. col. 793.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 274

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 177.

Cod. CCLXXIV. n. 15-18.

177.

15. Fol. 235^v-240^v.Ejurdem centilogium de meditate
one crucis
beat: crucis:

Rubrica est: "Incipit centilogium de meditate
one crucis ejurdem domini Cancell. Parisien-
sis"; initium: "Exaltavit, ai, humiles o virgo
beata". In fine: "Explicit centilogium He-
giacum super meditatione crucis die beati
luce 1428. Lugduni editum a R. N. Joh. Ger-
son: parisiensi. Hac omnia legere licet in
edit: prof. T. IV. col. 573.

16. Fol. 240^v-247^v.Ejurd: testamen-
tum metricum.(a) Gerson hebraic
re Latine pere-
grinum significat

Ejurdem testamentum metricum. Rubrica
dicit: "Incipit testamentum peregrini me-
tricum ejurdem qui se vocat peregrinum (a)
Initium est:
"Gracia cui nomen confert insigne Johannes
Advena cognomen gerson habere dedit." xi:
In fine additur: "Et mortuus est / s. Gerson /
die Sancte Margarete a^o 1429 Lugduni. Ex-
tat in edit: Tom. III. col. 765.

17. Fol. 241^v-242^v.Cantica Cantio:
ab eodem in tom:
pendiosos rhyth-
mos redacta.

Cantica Cantionum ab eodem in compendi-
osos rhythmos redacta. Rubrica est: "Inci-
piunt Cantica metrica ejurdem domini Ger-
sonis". Initium:

"Arcula parvit amor delectat lenit et ardet" xi:
Cetera relegi possunt in edit. T. IV. col. 36.
His additur brevis tabula decem consi-
derationum in orando Deum.

18. Fol. 242^v-257^v.Ejurdem centi-
logium de impul-
sibus:

Ejurdem Centilogium de impulsibus: Inci-
pit profatio: "Deposuit potentes de sede sic
centilogium". Opus ipsum in decem decades
dividitur, quarum prima inchoatur: "Impulsus

178.

Cod. CCLXXIV. n. 19. 20.

1 nomen prius impositum. In edit. legitur To-
mo III. col. 140.

19. Fol. 277-278.

Ejusd. Anagogi-
cum de Verbo
Hymno gloriae.

Pubrica est: Incipit Anagogicum de verbo
et Hymno gloriae a cancellario Johanne pa-
risiensi anno domini 1428. Incipit: Glo-
ria in excelsis deo patri et filio et spiritui
sancto. Nichil enim potest aptius preferri.
In fine subscriptum legitur: Explicet ana-
gogicum de verbo et Hymno gloriae a Johanne
Cancellario parisiensi anno 1428. Et con-
tinet quatuor partitiones principales in
quarum qualibet sunt decem verba seu con-
siderationes et in quolibet versu multe no-
tulae seu verbata per litteras alphabeti us-
que ad numerum CXXX. Eadem leguntur in
edit. T. IV. col. 541. Legg.

20. Fol. 278-288.

Fragmenta ex
S. Dionysii Areo-
pagita Scriptis.

Fragmenta ex S. Dionysii Areopagite operibus
nempe 1 de mystica theologia ad Thymothe-
um Ephesinum, quod incipit: Trinitas su-
peressentialis. 2 Epistola quatuor ad Ga-
lathas, Cajum, monachum, quam prima in-
cipit: Tenebre quidem obscure. 3 Ex ca-
pitulo VII. libri de divinis nominibus. In
calce additur: Textus isti Dionysii sunt
in correcti sed non inveniet alios scilicet
dñs Jo. Gersonis cancellarius prius expo-
sitor querat lector cum ex profitoribus spe-
cialiter vercellensem qui conformiter ad
doctrinam Dionysii studuit exponere can-
onica canticorum. Ad haec intelligenda ledi-
no opus est. Ceterum monuisse sufficit
haec fragmenta in quavis editione reperiri
ab eruditioribus autem accesserunt appositivis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 274

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 179.

Cod. CCLXXIV. n. 21-23.

179.

21. Fol. 288^v-295^v.Jo. Gersonii tract.
de elucidat. scilicet
tract. mystica
Theologia.

Joannis Gersonii tractatus de elucidati-
one scolastica mystica Theologia sub XII.
considerationibus a Joh. Can. Paris. 1424.
Ha rubrica. Incipit: "Vobis datum est
nosse misterium regni celorum dicebat Je-
sus discipulis suis." In edit: reperitur T. III.
col: 422.

22. Fol. 295^v-299^v.Ejurdem tract.
de oculo.

Ejurdem tractatus de oculo. Incipit: "Ga-
visi sunt discipuli viso domino quibus
antea dixerat." In edit: T. III. col: 483.
Scriptus est aō 1424.

23. Fol. 299^v-305^v.Ejurdem tract.
de preciosam
margarita.

Rubrica: "Sequitur tractatulus de una
preciosa margarita compositus Lugduni a
Joh: Can: Paris: die S. Margarete V. et M."
Incipit: "Simile est regnum celorum ho-
mini negotiatori &c. Una preciosa marga-
rita." In fine: Scriptum Lugduni die
et loco predictis 1424. In edit: T. III.
col: 479. dicitur etiam de illuminatio-
ne cordis et habitus aō 1424.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 274

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27626

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)